


Franz Albert Aepinus

Academiae Ad Varnum Rostochianae Rectoris, Franc. Albert. Aepini, S.S. Theol. D. ... Programma Seculare, Quo Ad Academica Solennia Jubilaea, In Festivam Exhibitae Ante II. Secula Augustanae Confessionis Gratamque Memoriam, Concelebranda, Nec Non Ad Orationem Secularem, Qvam Ex Decreto Rev. Concilii Academici ... Dn. Joh. Joach. Weidenerus, S. S. Theol. D. ... De Eo, Quantum Profuerit Publica Praelectio Augustanae Confessionis Ecclesiae Lutheranae ... invitatos vult


Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004740069>

Abstract: Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Augsburger Konfession

Druck Freier  Zugang






Bibl.
Schol. Cathedr.
Gustrov.

1836.

Mk-7775^a
~~Mk-814~~



Fasciculus
Actorum Jubilaei,
ab
Exhibita in Comitiis Imperij
Augustana Confessione,
in
Academia Rostochiensi
celebrati,
Secundi.
Anno 1730.



Academiae
Julianae

Philosophiae
et
Medicinae



Academiae
Rostockensis

1730

De
zu
Eh
die
he
für

C

Im

W
au

So

W

Haupt
gehabt
M
derselb
Zuffia
then u
mir w
für hal
lich sep
Bischöf
drünge
nicht m
und ver
Beistlic
zu vor ei
Stoiffet
Unser

ACADEMIÆ AD VARNUM ROSTOCHIANÆ
 RECTORIS,
FRANC. ALBERT. ÆPINI,
 S. S. THEOL. D. & PROF. DUCAL. PUBL. FACULTATIS f. hodie DECANI,
 PROGRAMMA SECLARE,
 QVO AD
**ACADEMICA SOLENNIA
 JUBILÆA,**

IN FESTIVAM
 EXHIBITÆ ANTE II. SECLA
AUGUSTANÆ CONFSSIONIS
 GRATAMQVE MEMORIAM,
 CONCELEBRANDA,
 NEC NON AD

ORATIONEM SECLAREM,
 QVAM

EX DECRETO REV. CONCILII ACADEMICI,
 d. 29. CURRENTIS MENSIS JUNII,
 memoriæ Apostolorum, PETRI & PAULI, in Fastis sacro,
 D. V.

VIR MAXIME REVER. AMPLISS. & EXCELLENTISS.
DN. JOH. JOACH. WEIDENERUS,

S. S. Theol. D. & P. P. O. Celeberr. FCtatis f. Senior Vener. ad ædem Maria-
 nam Pastor optime promeritus, & Rev. Minist. Rost. Director Graviss.

DE EO,
 QVANTUM PROFUERIT PUBLICA PRÆLECTIO
AUGUSTANÆ CONFSSIONIS
ECCLESIAE LUTHERANÆ,
 IN AUDITORIO NOSTRO MAXIMO,
 publicè recitaturus est,
 benevolè audiendam,

UTRUMQVE MAGISTRATUM AMPLISSIMUM, FACULTATUM
 OMNIUM DOCTORES FULGIDISSIMOS, ECCLESIAE MINISTROS FIDELISSIMOS,
 PHILOSOPHIÆ MAGISTROS CLARISSIMOS, FLORENTISSIMAM item STUDIO-
 SORUM CORONAM, CUNCTOSQVE HORUM DIVINORUM BENEFICIORUM
 GRATOS CULTORES
 observantissime, peramanter ac instantissime,
 quaque fieri potest solenni ratione,
 invitatos vult.

ROSTOCHII,
 Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.

G.



* * * * *

ubilæum igitur, quod in templis,
hisce diebus, cum Ecclesia, laudationibus,
precibus, Verbiq; Divini meditatione læte atque
devotè peregrimus, cujus equidem causas nu-
perrimè Programma superius Intimatorium in-
dicavit, Seculare Festum, ob exhibitam ante bis
centum annos in augustissimis, Augustæ ce-

lebratis, Imperii Romano - Germanici Comitii, publicèque totius
Imperii Statuum in Confessu illustrissimo prælectam, à publicationis
loco denominatam, AUGUSTANAM CONFSSIONEM, tanquam
primarium Ecclesiæ Evangelico - Lutheranae, repurgatam DEI gratiâ
atque Theandri LUTHERI ministerio restitutam Evangelii doctrinam
professæ, Symbolum; jam nunc, in honorem Numinis Altissimi, utq;e
SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI, DOMINI

CAROLI LEOPOLDI,

*Ducis Regnantis Mecklenburgici, Principis Vetustæ
Gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item
Sverinensis, Terrarum Rostochii atque Stargardiæ
Dynastæ, Academiæ hujus Patroni ac Cancellarii
Magnificentissimi, Domini nostri longè Clementissimi,*

voluntati jussuique, quantum fieri poterit, satisfiat, in Academia etiam,
DEO dante, solenniter celebraturi sumus. Quam invisâ Pontificiis
Evangelica Jubilæa sint, toties, quoties eadem celebrandi Ecclesiæ nostræ
causa fuit, omni dissimulatione procul, apertè demonstrare. Quid ante
Seculum eâ occasione conati fuerint, quantas eructaverint in saluta-
rem doctrinam Evangelicam ejusque non Restauratorem solum, sed sin-
ceros etiam Confessores, injurias, partem à blasphemiâ non alienas,
quot emiserint in lucem calumniis atque, tam rei, cujus agitur causa,
sanctitate pariter ac gravitate indignis, quam Auctores earum ipsos &
quem obtendunt, pium pro Domo DEI Zelum dedecentibus, dicteriis
copiosissimè refertas schedas, neminem fugere potest, quisquis istius
temporis Historias vel obiter & fugitivo, quod ajunt, oculo perlegerit.
Nec minùs, cum ante tres supra decennium annos secundum Reforma-
tionis Jubilæum solenniter à nobis agebatur, Romani Papæ placita se-
quentibus, huic, quod impedire haud valebant, instituto non uno dun-
taxat insultare modo, atque convitiis ipsum proscindere, operæ pre-
tium judicatum fuisse, recenti nobis in memoria hæret. Angustia
plagulae hujus permissura non est, qui pluribus id exemplis compro-
bemus, sed unicum tantum allegare licebit, quæ pridè istius Festi
Vratislaviæ sparsa fuit, Anonymi cujusdam, Ecclesiæ Evangelicæ pa-
riter atque Veritatis divinæ osoris infensissimi, *Animadversionem Chro-
nosticam in Lutheranorum Æram, nec non Eorundem Jubilæum Seculare I.
& II.* Heic, inter alia, Annum 1717. tali, ex *Prosp. Aquit. in sent. D. Au-
gust. Epigr. 80.* desumto, CHRONOSTICO signavit:

GaVDet transgressor peCCato IMPVne potItVS.

Cui

Cui mox, odium, invidentiam animique rancorem adversus puram Religionem, quin impias etiam & à charitate Christianâ longe remotas imprecationes spirantem addidit GLOSSAM:

Lutherana sacros imitatur simia ritus,

Dum bis centeno jubilat ipsa cyclo.

Gaudia tu simulas, lacrymas Ecclesia fundit;

O! utinam gemeres, gaudia nostra forent. (a)

At, quam vana fuerit hætenus, de decremento veritatis Evangelicæ doctrinæ, Religionisque nostræ à sinceritate suâ defectu, Pontificiorum præconcepta spes, experientia illos docuit ipsa. Quamque frustrata sint ipsos eorum in perniciem Ecclesiæ nostræ, haud sine impietate, effusa vota, hodiernum iterum iterumque condocet tempus. Quæ namque, veritatem nobis revelatam & Ecclesiam suam tuentis ac omnipotenter protegentis, infinita DEI gratia est, ringentibus licet ac stomachantibus Adversariis, denuò Seculare celebramus Festum Jubilæum. Absit autem à nobis, & absit quam longissimè, nos in Ecclesiæ Romanæ Exemplum ire, vel, ut illi blaterant, (b) simiarum ad instar, Jubilæa Papistica imitari. Quot enim quantisque, animabus noxiis & à vero, DEOque placente cultu remotis, quin execrandis superstitionibus non adspersa solum, sed adimpleta sint illa refertaque, quem lateat, haud facile quispiam erit. Quas tantum abest ut imitari studeamus, ut potius eum in finem Festum hoc celebretur, quo DEO gratias agamus, qui, qua est erga nos benignitate atque clementia, duorum ante Seculorum decursum, Religionem nobis restituit ab illis repurgatam ac immunem. Quis non intelligit, ni judicandi facultate penitus sit destitutus, Papæos sua instituere Jubilæa, non ut divinæ gloriæ velificentur; sed splendoris, quo pollent, mundani ostentandi gratia, utque religionis & sanctorum exercitiorum sub prætextu, speciosum exerce-re mercatum licentiose queant? Tunc enim temporis, (propter quæstum etenim suum Jubilæa festinanter repetit Pontifex Romanus, ut non amplius secularia sint, sed quolibet Seculi quadrante recurrant) nundinationes indulgentiarum, dum peccatorum, tam patrorum, quam posthac forte committendorum, remissionem pro pecunia vendunt, quas salutari Reformationis negotio primam occasionem dedisse, in propatulo est, Romæ præsertim, illa sancta sanctissimi, scilicet! Patris Papæ in sede, cum maximè exercentur, haud secus ac si gratia divina in Pontificis Romani esset potestate, dudumque venalis facta pretio coëmi posset. Verum, à talibus, in divinam, verè pœnitentibus promissam gratiam gratuitam, in Christum Redemptorem nostrum, inque cruentum illius meritum injuriosis ausibus alienissimos nos esse, idque propter potissimum nostra peragi Jubilæa, ideò nos DEO gratias nunc agere, atque hanc ob causam, quod talia Religionis Pontificiæ *βδελύματα* nobis, quò eadem similiaque vitare queamus, manifestata sunt, laudes ipsius cum canticis nostris, cum tubarum clangore ac tympanorum

(a) Vid. Celeberr. DN. D. ERN. SALOM. CYPRIANI *Hilaria Evangelica*, f. Theologisch-Historischer Bericht vom andern Evangelischen Jubel-Fest, Part. I. Cap. XCIX. num. I. p. 844.


(b) Ita quippe GRAMONDUS Lib. II. *Histor. Gall. ad An. 1617. Historiam Jubilæi Reformationis Lutherani descriptionem conclusurus convitiatur: Ita exactum apud Sæctarios Jubilæum. Sic imitatur homines simia, putidum & infame animal; sic mentitur humanam psittacus vocem, cujus non capit ipsos articulos, nedum abstrusa sensus: Sic Hiana devorat, quem imitata voce allexit hominem.*


panorum sonitu, deprædicando, cantando, & ebuccinando celebrare, vel ipsimet Adversarii nostri sua in conscientia convicti sunt, ejusdem nobis, ceu confidimus, testimonium & nunc & olim, propitia veritate, denegare non ausuri. Hæ namque veræ, quin & unicæ hæ sunt, ut aliorum olim, sic & præsentis nostri cum solennitatibus extraordinariis, ad devotionem erga DEum excitandam, ac ad gratitudinem nostram, quantum pote, declarandam, comparatis ritibus celebrandi Festi secularis causæ. Quapropter, etiamsi stomachosius in Jubilæum nostrum invehatur Adversariorum invidentia, certè cavilla eorum, illusiones, derisiones, ironiæ & scommata nos ab instituto nostro dimovere nequiquam valebunt. Divinis potius auspiciis, mandato SERENISSIMI DUCIS ac DOMINI nostri CLEMENTISSIMI conformiter, perendiæ Secularia Solennia nostra in Academia persequemur, DEO, veritatis Auctori Statorique, pro AUGUSTANÆ CONFSSIONIS, tam solenni, ante duo Secula, & intrepidâ primorum Confessorum exhibitione, prælectione ac publicatione, quam sinceræ in eadem contentæ doctrinæ, ad nostram hanc ætatem usque, conservatione gratiosissimâ grates devotâ pietate, piaque devotione persoluturi. Ad quas etiam, ex Decreto ac unanimi consensu REV. CONCILII, nos excitabit Vir maximè Rever. Ampliff. & Excellentiff. DN. JOHANNES JOACHIMUS WEIDENERUS, S. Theol. D. & Prof. Publ. Ord. Celeberrimus, Collega noster Honoratissimus, Oratione solenni, eâque Seculari & evcharistica: *Quantum profuerit publica Prælectio AUGUSTANÆ CONFSSIONIS Ecclesiæ Lutheranæ; quâ floret oris facundiâ, pluribus expositurus. Ad hæc itaque Solennia nostra piè concelebranda, & ad Oratorem nostrum benevolè audiendum, adeoque ad splendorem Actui huic, honorificâ suâ præsentia, majorem conciliandum, Utrumque Magistratum, Facultatum omnium Doctores, Verbi Div. Ministros, Artium & Philosophiæ Magistros, Lectissimam Studiosorum Coronam, & quotquot Magnalia DEI, coelestiaque benignissimi Numinis per Augustanæ Confessionis Prælectionem in Ecclesiam nostram collata beneficia decenter æstimare norunt, Literarum ac Eruditorum Fautores, qua fas est, observantia pariter atque humanitate, & omni studio invitatos velim. Euge jam, oro quæsoque, conflueamus in perendinum, Festum hoc evcharisticum, cum Jubilo plausuque, cum Canticis ac instrumentis Musicis, cum precibus & gratiarum actionibus, piè devoteque celebraturi, quod celebravimus nunquam, nec unquam heic viventes iterum celebraturi sumus. Jubilemus itaque nunc, & olim in æternum, DEO per Christum dante, cum sanctis Angelis totoque beatorum choro jubilabimus.*

Faxit id ipsum DEus Altissimus,
in æternam æterni Nominis Sui Gloriam,
FELICITER!

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI ET ACADEMICO MAJORI,
d. 27. Junii, Anni ob Aug. Conf. Jubilæi MDCCXXX.

† (0) †





chiel, Hosea, Joël, Amos, Obadja, Micha, Nahum, Zephanja, Haggæus & Malachias: quia reliqui libri Biblici præcedentibus annis jam translati prodierant. At Lutherus A. 1530. Coburgo d. 19 Jun. ad Conradum Cordatum, & d. 25. Junii, qui ipse exhibitæ Augustanæ Confessionis dies fuit, ad Nic. Hausmannum in epistolis Collectionis novæ epistolarum Lutheri Buddeanæ n. 125. 128. & p. 107. 110. scribit: *Ego satis valeo DEI gratia & vestris precibus, & licet me Sathan impedierit aliquot hebdomadibus capitis susurro, tamen Hieremiam verti in Germanicam linguam. Restat, ex Prophetis scil. majoribus, Ezechiel, quem aggrediar.* Ergo Daniele ante jam absoluit, qui & hoc ipso anno editus est. Epistola autem Lutheri A. 1530. d. 15. Aug. Coburgo ad Philipp. Melanchthonem data, quæ in Collectione illa sub n. 165. p. 183. seq. & Tom. V. Altenb. f. 248, b. legitur, hæc subministrat verba, in B. J. F. Mayeri Hist. Vers. Lutheri p. 14. etiam prolata: *Ezechielem posui, interim minores Prophetas verto, & in hebdomade illa absolvam. DEO volente, superest enim Haggæus tantum & Malachias.* Ergo Megalander tempore inter d. 25. Jun. & d. 15. Aug. ejus anni interjecto vertit Hoseam, Joëlem, Amosum, Obadjam, Micham, Nahumum & Zephanjam. Sed eodem adhuc anno lucem aspexit Ezechiel. Ex quibus efficitur, B. Lutherum Versionis Bibliorum Germanicæ finem fecisse in autumnio anni 1530.

§. VI.

Non autem ita versatus est in hoc opere Vir Optimus, ut alii ab eo dictata exciperent, sed Versionem suam ipse mandavit literis, & sua manu scriptam typographis tradidit. Testantur id reliquæ nonnullæ manuscriptorum Lutheri in Bibliothecis cum publicis tum privatis thesauri instar aservatæ. Etenim Pater meus haud parvam Versionis Biblicæ Lutheri partem ejus manu scriptam in Bibliotheca Regia Berolinensi A. 1694. a Bibliothecario h. t. Electorali Ern. Sigism. Crellio, sibi monstrari meminit: quamvis monstrata vere fuisse Lutheri non ut indubitatum affirmare possit, cum

nam omnino
causa, cu
verba Prop
dam esse le
videtur exp
XXIX, 13.
tuta tamen
& successit
Ego modo
rebus mod
reducere o
malam part
insequente
mile hic du
prædito, c
tam altitu
est promiss

cum Lutheri
habuerit. M
louii Præloq
omnes Prophet
translationis e
habeo, easque
usum esse Typo
veneratione su
ne elaboravit,
redderet; sign
ret, quibus acc
gellis quond
Catalogo Bib
ter scripta ran
ti describitur
Cap. VII. 10.
paratum. Cum
v. in hoc autog
recepta. Hujus
Henr. Goetz
cis aservatis
vimi Mayeri qu
branit Joh. Got
Dissertatione d
glico, & Latin
leri verba (a
quam accurat
VII. Hosea, c
ipsum servat
grasse vero n
ex Bibliothec
tinet fragme
uium & May
iam alii libri
Album in Bi

